



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quęstio 1. Verane Christi tristita fuerit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS 33. 34. 35. 36. 37.

Respondens autem Petrus, ait illi: Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus: Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam Gallus cantet ter me negabis. Ait illi Petrus: Etiam si oportuerit me mori tecum &c.

QUESTIO I.

Verane Christi tristitia fuerit?

§. 1. **D**E negatione Petri dicam v. 69. & sequentibus: nunc de tristitia Christi agendum est, de qua plura Lucas, cum sanguinei sudoris facit mentionem. Ingressus igitur in locum, *χλωρόν* ut in Græco, non ut lateret, sed ut oraret, & ut Ioan. 18. 2. dicitur, ibat secundum consuetudinem, itaque eum esse venturum sciebat. & Iudas. Nomen horri Gethsemani, hoc est pinguis, oleosus, alij vero eo modo dictum putant, ut in latino Primus, Secundus, & significati lapidem. Ut sit sensus. Octavo lapide ab urbe fuisse. Qui vel eo ipso refutantur, quod locus urbi fuerit vicinior, & incogitanter phrasin Hebræam ad latinam locutionem non sine violentia detorqueant. Dicitur & hortus *שמן* *Ge semani vallis pinguis*, Syriace additum est *Daleth* Euphonia gratia.

Magna Christi tristitia.

§. 2. Tristitiam igitur Christi Evangelista exponit grauissimis verbis. Tres secum seorsum assumpsit, ut tristitia testes essent. Et cepit contristari. Cum voluit scilicet, non enim reluctantem passio illa oppresit. Primo dicitur *λυπώθη*, & ipse animam suam dicit esse *πεπληγμένην* valde tristem circumfusam merore. *λύπη* Christi est vehemens, vitiosa non fuit. Blasphemant igitur, qui eum, ut hominem tristitia victum criminantur, & contra rationem egisse. *λύπη* enim Suidas ait definiti *συνδυάζοντες τὴν ψυχὴν*, animi contra rectam rationem esse contritionem & agrestudinem. *ὁ δὲ τὸ λυπεῖν εἰς δάκρυα τὸς ὀφθαλμοὺς*, quod oculos in lacrymas resoluat. Verum Christi tristitia ex recta ratione, & caritate assumpta est. Nec erat *δύσφη* opinio presentis mali, sed certa scientia, & presentia, & iam iam instantis. Plus etiam est *ἀδύναμις*. Nam *ἀδύναμις* est magna tristitia, qua homines ex improviso in magnis periculis, cum *ἀμνηστία*, & *δολεῖα*, cum nulla sese expediendi ratio offert, opprimuntur, cum stupore & exanimatione quadam ut defixis in præsens malum cogitationibus, mente alienati videantur. Syrus priore loco habet *למחשבתו* *lemethemaru*, posteriore *למחשבתו* *במור* est lugere, tristari, *עיי* est angustari, ita ut ille sit interpretatus *ἀδύναμις*, tristitiam prementem, angustias. Nec modo illa tristitia in appetitu sensitiuo, sed etiam in voluntate fuit. Et tristitia usque ad mortem. Adeo ut quasi media in morte constitutus doluerit. Nonnulli interpretantur adeo fuisse magnam, ut mortis causa esse posset. Non enim hoc indicat, morte fuisse finiendā: sed eius magnitudinē exponit.

Tristitia ad mortē.

Spontetri status est.

§. 3. Tam magna tristitia vitiosa non fuit in Christo. Idcirco enim dolores, & tristitias admisit, ut pro nobis pateretur, itaque actus fortitudinis heroicæ fuit, quo delectationem & gaudium beatitudinis sue, ita temperavit, ut tristitiam & dolorem non minueret. Quemadmodum ex flagellatione, transfixioneque dolorem ingentem sensit, nec eius aculeos gaudii beatitudinis permisit obtundi, ita quoque in ani-

mæ intima, passiones & dolores admisit, ut certamen suum perficeret, & vinceret. Itaque non fuit *παθητικὴ*, seu celeris turbatio, quæ mentis an maduerationem anteuerteret. Sed voluntarie admissa corporis, & animæ laniatio. Ita D. Thom. p. 3. q. 18. artic. 6. Damascen. l. 3. de fide c. 26. Fuit illa tristitia voluntatis: Agatho papa Epist. quæ recitatur in Synodo sexta, action. 4. & Sophron. in Epist. in eadem Synodo act. 11. Cyrillus l. 4. in Ioan. h. 10. Theaur. c. 3. Ratio perspicua est, nam tristitia natura sua afflicta est, qui indifferens est, & sine peccato, imo etiam sanctus, si corporis graues cause. Dolor instans, Iudæorum scelus, fuga discipulorum, hominum pro tanto beneficio ingratitudo. Denique ut dixi nostros dolores experiri voluit, & tentari per omnia absque peccato. Causæ autem illæ spirituales erant pleræque ideo non appetitum dumtaxat inferiorem, sed voluntatem præcipue afflixerunt. Tristitia autem voluntatis sponte admissa, ob causas honestas, non potuit, non esse virtutis actum. Quomodo autem diuina virtute, gaudium perfectum, & summa tristitia eadem in anima esse poterint, Theologi & Physici quaerunt. At non est hac in re difficultas, cum diuersæ causæ fuerint. Aliud motuum gaudij, aliud tristitiæ. Eadē de causa, seu obiecto tur mali gaudere, & tristari eodem tempore nemo potest.

Caput erat, & summa, ut se Christus, vere hominem, vere mortalem ostenderet. Optime Ambrosius. Non solum inquit excusandum non puto, sed etiam nunquam magis pietatem eius. Maiestatemque demior. Minus enim contulerat mihi, nisi meum suscepisset affectum. Ergo promouit, qui pro se nihil habuit, quod doleret, & sequens illa delectatione diuinitatis æternæ radio mea infirmitatū affluat. Confidenter ergo, tristitiam nomino, quia crucem prædico. Neque enim speciem incarnationis suscepit, sed veritatem. Debit ergo & dolorem, ut vinceret tristitiam, non excedat ret. Neque enim habent fortitudinis laudem, qui stuporem magis vulnorum tulerint quam dolorem.

Et Cyrillus. Quod autem non voluntaria quodammodo fuerit crucis passio Christo, voluntaria autem propter voluntatem patris, & propter salutem nostram, ex precatione eius facile discis. Pater si fieri potest, transeat a me calix iste. Eadem enim ratione, qua verbum Dei Deus est, & ipsa natura vita, nemo ambigit, quod nullo modo mortem formidauit: vero autem factus, permittit carni, ut sua patiatur: & ideo ut vere homo presentem iam in ianuam mortem expulset a dñe. Si possibile esse Pater transeat a me calix iste. Verum quoniam aliter fieri non potest, fiat non ut ego volo, sed ut tu.

§. 4. Caluini multa sunt hoc loco blasphemia & Cæcilia impia. 1. Nam nunc se prodit carnis infirmitas, & affectus intimi se effundunt. 2. In nobis ideo nullus vitio caret affectus, quia omnes modum ac rectum temperamentum excedunt. Nostros affectus omnes, qui in excessum ebulliunt ait esse vitiosos. 3. addit. Unde autem illi, & moror & anxietas & formido, nisi quia in morte tristius aliquid, & magis horribile concepit, quam separationem animæ & corporis: Et certe mortem subiit, non tantum ut in terra in cœlum migraret, sed potius ut maledictionem, cui eramus obnoxij in se suscipiens, nos ab ea eximeret. Non ergo mortem horruit simpliciter, quatenus transitus est ex mundo, sed quia formidabile Deitribunal, illi erat ante oculos, iudex ipse incōprehensibili vindicta armatus; peccata vero nostra, quorum onus illi erat impositum, suā ingenti mole cum premebant. Quare nihil mirum, si horribilis exitij abyssus metu & anxietate duntaxat cruciavit.

Obseruandum tamen, quod habet v. 38. Tristitia suæ conficiō facit, ut ad sympathiam exasperet: non quod eum lateret ipsorum debilitas, sed quo magis impoſterū eos ſocordix ſuæ puderet. Porro hæc locutio

locutio lethale doloris vulnus exprimit; ac si dixisset, *tristitia se exanimem esse vel semi-mortuum.* Sic Io-
nas Dominus respondet, cap. 4. *verbi gratia sum vsque
ad mortem.* Quod ideo admoneo, quia ex vetustis scri-
pturis quidam hunc locum argute tractando inae-
que philosophantur, quod Christi anima non in mor-
te. Sed vsque ad mortem tantum tristis fuerit. Atque
hæc tantis tantis moris causa in mentem venire no-
bis debet; neque enim sic animam Filij Dei mors per-
fecit, nisi cum Dei iudicio sensisset sibi esse ne-
gocium.

§. 1. *Prodit, inquit, se carnis infirmitas, affectus intus se
produnt.* Verbis dari venia potest, sed impium illa sen-
sum continent. Ne ergo affectus prorumpere suo pu-
temus impetu, ut corrigendi sint. Hoc enim postea
audimus ex ipso Caluino. Nolim certe eo modo lo-
qui, vti de eam prorumpere, aut effundere, nisi adda-
mus id fieri Christo providente, & virtutis causa per-
mittente.

Secundum etiam improbum est, omnes nostros
affectus vitiosos esse: quia in excessum ebulliant. At
hæc potest, ut ita contineantur ne vilo modo exce-
dant. Aliqua tristitia, & læticia vitiosa est, at potest ef-
fectus moderata, ut vitiosa non sit. Si non admittit vl-
lum affectum innoxium, iam in stoicorum castis mi-
lis. Seneca. a. Chrysippus, Zeno nullum affectum sine
culpâ agnoscebant. Cicero Tusc. 4. Sen. Epist. 76. &
Epist. 85. omnes affectus in malis animi censet, falsam
& iniquam mediocritatem pronunciat, at Christus
Dominus mediocres & temperatos affectus admisit.
Seneca nullam moderationem admittit. Epist. 116. *V-
trum istum suum modicos habere affectus, an nullo sape quasum
est. Nihil illi expellit: Peripatetici temperant. Ego non video
quomodo salubris esse, aut vitiosus possit vlla mediocritas morbi.
Nihil tamen nihil est, quæ tibi non vis negari, eripio: facilem
mendacemque, præbebo, rebus ad quas tendis, & quas aut
vite negligas, aut vitiles, aut iucundas putes: detrahâ vitiis.
Nam cum tibi cupere interdixero velle permittam: Vt eadem il-
la inceptus facias, ut certiore consilio ut voluptates illas magis
sentias. Quamvis, ad te magis perueniunt, si illi imperabis,
quam si ferias. Sed naturale esse inquit, ut desiderio amici tor-
quear: da tempus lacrymis tam iuste cadentibus. Naturale est o-
mnium hominum tangi, & aduersis contristari: quare non
permittas tibi hunc tam honestum mala opinionis metum.
Nullum vitium est sine patrocinio, nulli non initium, est vere-
cundum & exorabile, sed ob hoc latius funditur. Non obtinebis
ut dignat, si incipere permiseris. Imbecillus est primo omnis af-
fectus, deinde ipsi se concitat, & vires dum procedit, patet: Ex-
citantur facilius quam expellitur. Quis negat omnes affectus à
quodam quasi naturali fluere principio: cur am nobis nostri na-
tura mandauit: sed huc ubi nimium indulgeris, vitium est. Vo-
luntatem naturæ necessarijs rebus admiscuit, non ut illam pe-
teremus, sed ut ea, sine quibus non possemus vivere.*

Caluini d. scipulus Pareus l. contra Bellarminum
de gratia primi hominis, etiam ipsum arbitrium pec-
catum facit. Verba eius sunt. [Vt igitur non sequitur:
Qui gignit hominem non est ipse homo: sed contra
Qui gignit hominem, est ipse etiam homo: quia vnũ
quodque gignens, gignit sibi simile, & omne genitum
participat naturam sui gignentis: ita minime sequitur.
Concupiscentia gignit peccatum. Ergo non est ipsa
peccatum, sed contra: Ergo & ipsa peccatum est. Cau-
sa enim Peccati peccatosa sit necesse est. Hinc sequi-
tur, liberum arbitrium Adami genuit peccatum, ergo
& ipsam erat peccatum. 1. Vnumquodque gignens
gignit sibi simile, concupiscentia est gignens peccatũ,
ergo gignit sibi simile, ergo & ipsa peccatum. 3. Omne
genitum participat naturam sui gignentis: peccatum
autem est genitum. ergo participat naturam sui gig-
nentis ergo genitrix concupiscentia etiam ipsa pecca-
tum est. Ergo genitor Adam etiam ipse peccatum est.

Adami Conzen. in Euang. Tom. 1.

Sic ergo & arbitrium Adami & Adamus ipse peccatũ
est.] Fœdior hæc cogitari non potest, pariter esse
sequitur, non modo voluntatem peccantem esse pec-
catum sed etiam hominem ipsum, unde voluntas man-
dat, & Deum à quo factus est homo. Hæc porro est
hæresis Flacciana.

§. 6. *Mortem non horruisse Christum putat, per eam enim
de terra in cœlum migravit.* Contrarium Christus pro-
testatur, mortem ter deprecat, transire calicem de-
siderat, mortem igitur timuit, mors quidem transiit
erat de terra in cœlum. Sed transiit tamen in cruce as-
per, pleus tormentis, ideo mortem horruit ut ho-
mo. Mortem nihil tristius concepit. Horribilis abyssus,
exitij nullo eum metu cruciauit. Non timuit Deum
iudicem, quem sciebat patrem. Certissimus de salute,
de gloria resurrectionis, de regno æterno erat, cur da-
nationem timeret? Quomodo metueret Christus po-
tuit exitum, cum non metuant Calviniani? [Neque
enim, inquit Calvinus. l. 3. inst. c. 2. §. 6. vnum id in fidei
intelligentia agitur, ut Deum esse nonerimus, sed et-
iam imò hoc præcipue, ut quæ sit erga nos voluntate,
intelligamus, neque enim scire, quis in se sit, tantum
nostra refert, sed qualis esse nobis velit.] Calvinus in
media apostasia, Beza inter libidines dubias certo scit,
Deum sibi propitiũ, non metuit, non dubitat: Chri-
stus Dei filius, in quo peccatum non erat, metuit? Si
timuit, hæsitauit, & ergo in Christo fuit, quæ in
nobis ferre non possunt. *imò* seu halitationem Pa-
reus appellat Rom. 8. 2. *desperationis officinam.* Barabru
infern. & v. 25. *Vestibulum inquit inferni.* & dub. 6. *con-
scientia perpetua fluctuatio, & Rom. 11. fides non potest con-
sistere cum dubitatione. Qui dubitat an sit saluandus non cre-
dit vitam æternam.* & c. 15. Rom. gaudium non potest esse & pax
ubi non est spes, id est *anæsthesia*. Christus igitur cum illa
dubitatione colluctaretur non potuit, nisi Deo non cre-
didit, quod impium est vel cogitare. Verum de his
plura paulo post dicam.

Christus
mortem,
non inferos
timuit.

Calui-
niani nō
timēt
inferos.

VERSUS 39.

*Et progressus pusillum, procidit in fa-
ciem suam orans, & dicens: Pater
mi, si possibile est transeat à me ca-
lix iste, verumtamen non sicut ego
volo, sed sicut tu.*

QVÆSTIO I.

Cur Christus petiuerit ut à se calix transiret?

§. 1. Sequitur nunc oratio Christi ter repetita, sum-
mo in mœrore, dormientibus discipulis, Ange-
lo solante, sudore sanguineo erumpente. Oratio illa
humanæ naturæ desiderium indicat. Secundum hoc
orat, secundum quod tristatur, ut Origenes monuit.
Tres fidei sumos secum adducit, & vigilare iubet, *susti-
nere hic, uenire quædam.* Syrus *Id est* Kaunan li. expectate
me. dixerat enim: *tristis est anima mea vsque ad mortem.*
Id est agnoscendo est anima mea, deinde progressus pu-
sillum, Lucas *radum lapidis esse ait.*

§. 2. Oratio illa meditata fuit, ideoque religionis
& prudentiæ opus, summæque caritatis & obedi-
entiæ erga Deum promptissima demonstratio. Non e-
nim tantum appetitus sensitiui, sed rationis & volun-
tatis est actio. Mortem natura horret, hanc depreca-
tur, hoc naturæ desiderium Deo exhibet: non contra-
dicens Deo, non agens contra præceptum, sed huma-
næ naturæ imbecillitatem ostendens: appetitus autē
inferior natura sui conseruationem desiderat. Quænis
iple appetitus etiam ex redundantia voluntatis sese

Oratio
meditata
est.

Yy 3 diuino